

74



Wimmelband

U. q. 97.



COLLEGII FEVDALIS  
DISPVATIO *ultima*  
DE CAVSIS FEVDI  
AMITTENDI.

*Quam*

D. F. G.

SVB PRÆSIDIO CLARISS: ET  
CONSULTISS: VIRI, DN: THOMÆ FRANZII,  
J. C. & Feudalis juris in illustri Academia  
VVitebergensi Professoris publici,  
*defendere conabitur*

NICOLAUS Bährwaldt BRUNSUI-  
censis.

*Ad 23. Decembr.*



WITEBERGÆ,

*Typis M. Georgij Mulieri, Anno 1596.*



AMPLISS: PRV-  
DENTISS: ET VIRTUTE, ERV-  
DITONE, RERUMQUE USU PRÆ-  
stantis: Viro, Dn: CONRADO DÖRRIN-  
GIO, Patricio, ac Reipub. Brunsvic,  
Conf. vigilantis,

NEC NON

DOCTISS: ATQVE PRVDENTISS;  
VIRO, DN: CHRISTOPHORO HOGREVIO,  
ejusdem Reipub. patriæ Secretario  
dignissimo,

*Mecænatibus ac Patronis suis, debita obser-  
vantia colendis,*

*Hoc studiorum Symbolum*

D. D.

*Respondens.*



## CONTINUATIO.



*Vibus modis feudum constituatur  
& acquiratur, haecenus disquisitum  
fuit, restat, ut discutiamus, quomodo  
acquisitum rursus amittatur.*

### THESIS. I.

**A**mittitur feudum aut naturaliter aut Civiliter, Naturaliter unà cum ipsius rei, in qua est constitutum, interitu quodcumque feudum interit, p. si res intereat terræ motu *A*, inundatione *B*, occupatione hostium *C* etc: idque procedit, si res in totum evertatur, Nam si ejusmodi emerferit clades, quæ non totius rei absorbeat substantiam, sed particulare ingerat damnum, feudum manere non dubitamus *D*.

*A. §. fin. Inst. de usufr. l. pen. C. eod. l. ex conducto. §. si vis. 2. locat. l. 1. C. de jure. Emph. Vult. lib. 1. c. 11. n. 5.*

*(B) quæ fundi faciem immutes, vel tanto tempore duret, quo proprietas ipsa aliàs præscriberetur. l. qui universas. 30. §. 3. l. 3. §. Labeo. ubi Ias. de acq. poss. l. 23. & 24. quib. mod. usus. am. §. quod si ubi Mijns. & Angel. Inst. de rer. div.*

*(C) l. 12. §. fin. de bon. auct. jud. l. 5. §. ult. l. 7. de acq. rer. dom. Ias. in l. 1. n. 8. cum 2. seqq. de acq. poss. l. si captivus. 20. §. 1. de capt. Vult. d. n. 5.*

*(D) c. 1. de vas. qui cont. const. Loth. l. 1. ubi Dd. C. de jur. Emph.*

### II.

Civiliter amittitur culpâ vasalli, quæ dicitur feloniam, id est, omnis perfidia & improbitas egregia & privatione digna; & est culpa Commissionis, vel omissionis, Quæ Commissionis est, ea committitur in dominum vel directo, vel per consequent, vel in alium. Et sunt ejus quædam species in jure feud, expressæ, quædam judicis arbitrio relictæ.

### III.

A 2

In

In jure f. expressæ, quæ in dominum directò committuntur, sunt. Si vasallus dom. non mortuum neq; mortiferè vulneratum in prælio relinquens aufugiat, (A) quamvis post fugam redeat ad prælium (B) feudum nihilominus amittit; Nec interest, an dom. in periculo sit constitutus, (C) potiatur post victoria, aut evadat illæsus, an minus. (D) Idem erit si vasallus non aufugiat, sed in prælio manens, auxilio & pugna absteineat. (E)

(A) c. 1. in pr. quib. mod. feud. am. c. 2. de feud. sin. culp. non am. c. 1. §. item qui dom. quæ fuit prim. caus. c. 1. quot rest. sunt nec. ad prob. ingr. D. Th. Franz. ad c. 1. §. si enim dom. quib. mod. feud. am.

(B) Dd. d. capp. Curt. p. 4. n. 12. Laud. c. 1. quib. mod. Rosent. c. 10. concl. 9. qui contrar. cum Bal equiorem putat.

(C) d. capp. Sonbec. p. 12. n. 10. Vult. d. c. 11. n. 19.

(D) Dd. d. loc. Curt. p. 4. n. 15. Rosent. d. concl. 9. Vult. d. c. 11. n. 19. arg. l. 6. §. qui in acie. de re milit. l. 38. §. qui abort. 8. & l. seq. de pen.

(E) c. 2. in fin. de feud. sin. culp. c. 1. in fin. de for. fid. Sonb. d. p. n. 11. Vult. d. n. 19.

Ζήτημα. I.

An Vasallus fugiens, domino per fratrem vasalli defenso, feudo privandus sit? quod affirmamus.

Affl. d. c. 1. n. 50. quib. mod. am. feud. Borch. c. 3. n. 87. Sonb. d. p. n. 14. Vult. d. c. 11. n. 18.

Ζήτημα. II.

An in tantum vasallus domino ad juvandum sit obligatus, ut domini salutem propriæ præponere debeat? negamus. Unde cum non potuerit dominum juvare, aut domini nihil interfuerit, eo videl. lethaliter vulnerato aut aliàs omnino perituro: aut dom. perijsse vel mortiferè vulneratum probabili ex causa existimans, aut ipse gravibus vulneribus morbove fontico affectus; aut cum pereundum ipsi sit, fuga sibi consulere intentans, prælio se subduxerit, indemnis erit.

c. 1. ubi. gl. & Dd. comm. hic pot. esse tit. quib. mod. feud. am. c. 2. de feud. sin. culp. c. 1. §. fin. de. al. feud. pat. c. 1. §. ad hac. hic finit. lex. l. 6. §. pen & ult. de re mil. Jacob. in Verb. & prom. §. n. 17. cum seq. Curt. p. 4. n. 11. Duar. c. 14. n. 9. Rosent. c. 10. con-

10, concl. 10. & seq. Vult. d. n. 19. l. *quæsitum* 60. de re jud. D.  
Thom. Franz. d. §. si enim dom.

### IIII.

Si vasallus dom. vel castrum domini assalierit, (A) sive sciverit dominum ibi esse, sive ignoraverit (B) feudum amittit.

(A) c. 1. *similiter quib. mod. feud. am. c. 1. §. porro. ubi Dd. comm. quæ fuit prim. caus. c. 1. quot test. sunt neces. ad prob. ing.*

(B) d. §. *similiter. ubi gl. & Dd. comm. Curt. p. 4. n. 32. Rosenth. c. 10. concl. 25.*

### ΖΗΤΗΜΑ.

An vasallus, qui jurejurando de interficiendo domino, cum alijs perfidè conspirans, sese obstrinxerit, nec ad ulterionem actum fuerit progressus, feudo privandus sit? affirmativam juri feud. consonam dicimus.

d. c. 1. §. *porro. ubi. Ifern. Alvar. & reliqui. c. 1. de. for. fid. cum c. seq. c. 1. quot test. sunt neces. ad prob. ing. c. 1. §. item si fidelis ubi gl. in verb. concubuerit. quib. mod. feud. am. Curt. p. 4. n. 36. Rosenth. c. 10. concl. 23. Vult. d. c. 11. n. 20. in fin.*

### V.

Vasallus secreta domini dolo & animo afficiendi dominum damno manifestans, (A) quantumvis effectu subsequutum nullum fuerit, (B) feudo exuetur; secus si animo non nocendi revelarit. (C)

(A) c. 1. *ubi. glos. & comm. Dd. hic pot. esse tit. quib. mod. feud. am. c. 1. de for. fid. cum c. seq. Rosenth. c. 10. concl. 60.*

(B) d. c. 1. *hic pot. esse tit. Gigas de crim. les. mai. q. 21. n. 8. Borch. c. 8. n. 126. Vult. d. c. 11. n. 21. arg. l. 38. §. 1. de pœn. l. 6. §. exploratores & l. 7. de re milit. damnnum tamen secutum Dd. comm. requirunt.*

(C) *glos. in d. c. 1. hic pot. esse tit. arg. l. si inter 46. §. rectè dictum de furt. §. placuit inst. de obl. quæ ex del. Curt. p. 4. n. 76. Rosenth. d. concl. 60.*

### VI.

Contumacia Vasalli in domin. commissa digna censetur privatione; Ea versatur circa judicialia vel extrajudicialia; Extrajudicialia, si vasallus requisitus, servitia ob quæ feudum concessum est, facere reculaverit: (A) Si ad præstandam fidelitatem similiter requisitus, tribusq; vicibus, convenienti tamen tempore interpo-

fito, admonitus, contumaciter emanferit: (B) Si sub Vafallum, filium, ceterosq; fuos domesticos, uxore excepta, (C) dominum iniuste & graviter offendentes, ad fatisfaciendum domino fiftere aut à fe leparare noluerit (D) Iudicialia; fi domino iuftitiam facere neglexerit. (E)

(A) c. 1. §. sed non est alia. quæ fuit prim. cauf. c. 1. §. licet. fi de feud. def. c. 1. §. ad hæc. hic finit. lex. Rosenth. c. 10. concl. 18. Vult. d. c. 11. n. 22.

(B) c. 1. §. est & alia ingratitude. quæ fuit prim. c. 1. de mil. Vaf. qui cont.

(C) Laud. Bald. Alvar. Raven. in. §. in super c. 1. de prob. feud. al. per Frid. Rosenth. c. 10. concl. 74. Iacob. in Verb. dictiq. Vaf. prom. n. 3. Vult. c. 10. n. 24. Vers. alterum exempl. in fin. arg. l. fin. §. fin. C. de furt.

(D) d. §. in super. ubi. Dd. comm. Iacob. d. loco. Rosenth. c. 10. concl. 71. & 73. Vult. d. Vers.

(E) c. 1. §. illud tamen. ubi. Cujac. & Hotom. quæ fuit prim. Vult. c. 11. d. n. 24.

## VII.

Si impias manus in personam domini ubicunq; Vafallus ingesserit, vel alias graves, vel inhonestas injurias ei intulerit, vel morti ejus veneno vel gladio infidiatus fuerit (A) sive per alios horum aliquid fieri curaverit (B) feudum amittit.

(A) c. 1. §. porro. ubi. comm. omnes quæ fuit prim. cauf. Curt. p. 4. n. 34. Rosenth. c. 10. concl. 21. & 24. Vult. c. 11. n. 25. cum seq. nisi hoc fecerit defendendi sui cauffa, cum aliter periculum evitare non posset. gl. in d. §. porro in Verb. vel morti. Curt. d. n. 34. Rosenth. c. 10. concl. 22. D. Th. Franz. c. 1. Vers. item si fratrem quib. mod. feud. am.

(B) c. 1. de form. fid. cum c. seq. Ifern. Alvar. Affl. in d. §. porro. Curt. d. n. 34. Rosenth. d. c. 10. concl. 21. Vult. d. n. 25. l. 1. §. de jectisse. de Vi & vi arm. l. quod juffu 120. de R. I. c. qui facit per alium. Eod. in 6.

## ΖΗΤΗΜΑ.

An Vafallus adversus domin. quasi Vapulaturum, manus in publico elevans, quantumvis non percutiat, feudo privandus fit, inter se digladiantur Dd. Nos affirmativam defendendam putamus.

c. 1. de



c. 1. de form. fid. cum c. seq. c. 1. §. porro. quæ fuit prim. caus.  
Curt. p. 4. n. 34. Vult. d. c. II. n. 25. arg. l. 7. §. ult. l. 15. §. 1.  
de injur. §. atrox. Iust. eod. Dissent. Rosenth. & quos alleg. c. 10.  
concl. 22.

### VIII.

Feudo cadit vasallus, fidelator domini extiterit & per eam  
delationem grave dispendium eum sustinere fecerit. (A) Si domi-  
num accusaverit, etiam civiliter; (B) Exculationem præstat pœni-  
tentia; (C) ætas minor; (D) necessitas officij; (E) propriæ injuriæ  
persecutio; (F) læsæ Majest. accusatio. (G)

(A) c. 1. §. item fidelator. & glos. in §. sed non est alia quæ fuit  
prim. caus. Curt. p. 4. n. 62. Borch. c. 8. n. 12. Rosenth. c. 10. con-  
cl. 29. Vult. d. c. II. n. 27.

(B) c. 1. §. similiter de cons. recti feu. d. §. porro. Curt. d. p. 4.  
n. 65. arg. c. 1. de form. fid. cum c. seq. Rosenth. c. 10. concl. 38.  
lit. F. in fin. Vult. d. n. 27.

(C) c. 1. §. si voluerit. de Capit. qui cur. Vend. glos. et Dd. in d. §.  
item fidelator Curt. d. p. 4. n. 66. Rosenth. c. 10. concl. 37. Vult. c.  
II. n. 27. arg. l. 14. §. accusasse. de bon. libert. l. Papinianus. §.  
meminisse de ineff. test.

(D) l. post legatum. 5. §. ætati. quib. ut indign. d. l. 14. §. sed si  
minor. Alvar. in d. §. item si delator. Curt. p. 4. n. 68. Rosenth. c.  
10. concl. 37. Vult. d. n. 27. Vers. ætati ejus.

(E) glos. in d. §. similiter. & glos. in d. §. item fidelator verb. per-  
dat. ubi Dd. comm. Curt. d. p. 4. n. 72. Vult. d. n. 27. Vers. sed &  
officij. Rosenth. c. 10. concl. 35. d. l. 14. §. si patris 7. d. l. 5. §.  
advocatum.

(F) glos. & Dd. in d. §. item fidelator Curt. p. 4. n. 65. Sonsber.  
p. 10. n. 47. Rosenth. c. 10. concl. 31. Vult. d. n. 27. vers. quid si  
Vasal. accusando. d. l. 14. §. si patris 7.

(G) glos. & Dd. in d. §. item fidelator Nov. 115. §. causas Curt.  
p. 4. n. 64. Rosenth. d. concl. 31. Vult. d. n. 27. vers. quod si vas.  
deferret.

### IX.

Si testimonium vasallus contra dom. aut advocationem  
præstiterit in causa criminali sive civili etiam modica (A) modò  
voluntariè & sponte, non ratione officij aut à magistratu coactus  
illud fecerit, (B) feudum perdit. (A) d.

(A) d. §. similiter glos. & Dd. in d. §. item fidelator. Curt. p. 4. n. 72. Rosent. c. 10. concl. 34.

(B) glos. in d. §. item si delator ubi Dd. Curt. p. 4. n. 71. & 72. Rosent. c. 10. concl. 34. & seq. Vult. d. n. 27. d. Vers. ita cum vasallus & seq.

## X.

Si vasallus feudum, vel feudi partem, conditionemve eius ex certa scientia inficiatus, & inde convictus fuerit, feudo pro modo negationis privabitur. (A) Ceterum ignorantibus & dubitanter respondentibus subvenitur. (B) Illud vasallo fraudi non est, si sciat, convasallum suum abnegasse feudum, nec illud manifestet, (C) nisi dolose & fraudulenter tacuerit, eaque taciturnitas domino sit damno. (D)

(A) c. 1. §. Vasallus si feudum, ubi glos. & §. vasallus feudum quod si de feud. def. §. fin. de leg. Corr. & utroque Dd. Curt. p. 4. n. 41. Iacob. in Verb. dictiq. vas. prom. n. 34. Rosent. c. 10. concl. 79. Vult. c. 11. n. 28.

(B) d. §. vasallus feudum. ita tamen ut crassa & supina ignorantia non excuset d. glos. in §. vasallus si feud. & Dd. præ al. loc. quemadmodum nec excusatur Vasallus cum certam habens scientiam, fraudulenter sub dubio respondet, d. §. fin. ubi gl. & Dd. de leg. Corr. Rosent. c. 10. concl. 80.

(C) d. §. Vasallus si feudum ubi Dd. com. Zas. p. 10. n. 53. Rosent. c. 10. concl. 83. Vult. d. n. 28. in fin.

(D) glos. in d. §. vasallus si feud. Verb. celaverit. quam seq. ibi Bely Bal. 1. fern. Laud. Affl. Alvar. Rosent. d. concl. 83. c. 1. de for. fid. cum seq.

## XI.

Vasallus cum inimicis domini suas animo & sine domino nocendi, eoque apparente, copulans amicitias, feudo privatur. (A) Ceterum hoc obscuro atque aliunde, nullis forte adversus vasallum stantibus indicibus, non elucescente, domino in sui perniciem initam esse amicitiam, cum Vasallus rei non illicitæ dederit operam, incumbet probatio. (A)

(A) c. unic. quot test. sunt nec ad prob. ingrat. glos. in §. item si fidel. quib. mod. feud. am. glos. in c. 1. Verb. sed scienter. hic pot. esse ut, quib. m. d. feud. am. & in c. 1. §. porro. quæ fuit prim. caus.

caus. ben. glos. Ias. & Dd. in l. liberi C. de Inoff. test. Ros. c. 10. con. 27.  
Vult. d. c. 11. n. 29.

(B) Alvar. Ifern. Affl. & reliqui in d. §. item si fidelis. & in d. §. porro  
Rosenth. d. concl. 27. & Vult. d. n. 29. His ferme modis committitur  
felonia in dominum immediate: quibus mediatè committatur, in jure  
feud. exprimentur sequent.

## XII.

Si Vasallus dominum cucurbitaverit, id est, cum uxore ejus concubuerit, vel concubere se exercuerit, aut cum ea turpiter luserit (A) p. manum in sinum vel locum pudibundum immittendo, (B) turpiter deosculando, (C) Item si phaleratis dictis & fraudulentis munusculorū illecebris effecerit ut alius in uxor. domini turpia hæc committeret. (D)

(A) c. 1. §. item si fidelis quib. mod. feud. am. c. 1. hic pot. esse tit. quib. mod. feud. c. 1. in fin. de feud. sin. culpa. c. 1. §. rursus. quæ fuit prim. c. 1. de vas. qui cont. const. Loth. c. 1. quot test. sunt necess. ad. prob. ingr.

(B) glos in d. §. item si fidel. Verb. luserit. ubi Hotom. Cujac. Belv. Bl. Iser & comm. Sonsb. p. 12. n. 24. Jacob. verb. dictiq. Vas. prom. non com. n. 29. Curt. p. 4. n. 26. Rosenth. c. 10. concl. 54. Vult. c. 11. n. 31.

(C) arg. d. §. item si fidel. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 3. cas. 267. n. 3. Borch. c. 8. n. 98. cum 2. seqq. Rosenth. d. concl. 54. Vult. d. n. 31.

(D) glos. in c. 1. §. item si delator, ubi Ifern. Afflict. Alvar. & alij, quæ fuit prim. caus. Jacob. d. verb. n. 32. Rosenth. d. concl. Vult. d. n. 31. arg. l. 8. C. de repud. D. Th. Franz. in. c. 1. §. 1. vers. item si fidelis, qui, mod. feud. am.

## XIII.

Idem juris obtinet in vidua domini, (A) sponsa, (B) matre (C) filia, nepte ex filio, nuru, sorore in domo fratris adhuc manente, quæ in capillo dicitur, (D) sive concubuerit cum his, aut pudicitiam earum attentaverit. (E) Nec distinguimus utrum volentes aut nolentes prædictæ mulieres vasallum admiserint, (F) nec utrum honestè vel inhonestè vixerint. (G) Scientiam sanè requirimus, ignorantia, modò non sit supina & crassa, veniam impetrante, puta si vasallus domini uxorem, thorum suum furtim ingressam, propriam existimans, cognoverit. H.

(A) Ifern. Affl. Alvar. & reliqui. in d. §. item si fidelis. Jacob. d. verb. dictiq. Vas. n. 29. Curt. p. 4. n. 20. Rosenth. c. 10. concl. 55. per l. fin. C. d. bon. mat. D. Th. Franz. d. Vers. item si fidel. glos. in. l. fidei com. glos. in l. sororem Verb. indignam. C. quib. ut ind. l. apud Celsum. §. ad versus 16. de Except. dol. l. feminae de Senat. l. filij 22. §. 1. ad Munic. Et

B

hanc

hanc sentent. ut commun. retinebimus, contraria magis arridet Vult. d. c. 11. n. 31. Vers. quid de Vidua, & quibusdam alijs.

(B) Iacob. d. n. 29. Curt. d. n. 20. Dd. in d. §. item si fidelis Rosent. d. concl. 55. Vult. d. n. 31. vers. quod de uxore per d. l. si vxor. 13. §. 3. l. si qua. 12. §. 1. de rit. nupt. §. si uxor. Inst. d. nupt. In concubina domini, cum omnis concubinatus hodie sit prohibitus t. t. de cohab. cler. 1. Corinth. 5. 6. 7. glos. in l. 3. §. nec adulterium de concub. ubi Vvesem. in parat. diversum erit hodie. Vult. d. n. 31. Vers. uxori juri civili. sicut & in pedissequa domini. Ifern. Alvar. Affl. in d. §. item si fidelis. Iacob. d. n. 29. Curt. p. 4. n. 22. Vult. d. Vers.

(C) Alvar. Affl. Schenc. Boro in d. §. item si fidel. Curt. p. 4. n. 30. Rosentb. c. 10. concl. 56. Vult. d. n. 31. Vers. de matre dom. Nov. 105. c. 2. l. fin. C. ad SC. Tertull. l. fin. C. de priv. schol.

(D) d. §. item si fidelis ubi Dd. com. §. rursus quæ fuit prim. caus. & in domo manere non de facto habitationis, sed jure potius interpretamur familia, quam soror dum manet innupta, retinet, Vult. d. n. 31. Vers. nec distinguitur in uxore.

(E) Laud. d. §. item si fidel. Curt. p. 4. n. 25. Hotom. disp. feud. 45. Vves. c. 15. n. 5. Rosent. c. 10. concl. 58. Vult. d. n. 31. Vers. sed cum in textu arg. c. 1. cum. seq. de form. fid. D. Th. Franz. d. vers. item si.

(F) Ifern. Alvar. in d. §. item si fid. Curt. p. 4. n. 20. Rosentb. c. 10. concl. 57. Vult. d. n. 31. vers. Ceterum. l. uni. C. d. rapt. virg. l. 1. §. usq. de injur. Franz. d. vers. item si fidel.

(G) Ifern. d. §. item si fid. Curt. d. p. 4. n. 23. Rosentb. d. conc. 57. Vult. d. n. 31. vers. antep. l. 13. §. 2. de adult. D. Tho. Franz. d. vers.

(H) glos. in c. 1. hic pot. esse tit. quib. mod. text. expr. in c. in lectum. 34. q. 2. Curt. p. 4. n. 20. in fin. Iacob. d. n. 29. Rosentb. c. 10. concl. 54. Vult. d. n. 31. Vers. pen.

#### XIV.

Et hæ culpæ in Dominum committuntur, sequentes in alium quam dominum: Veluti si vasallus fratrem suum vel nepotem ex fratre interficiat. (A) Vel parricidij crimen committat. (B) Fratremve convasallus captivum detineat aut alij incarcerationum tradat. (C) Feudum amittit: Secus si sibi ipsi manus afferat violentas, (D) aut domini fratrem interficiat. (E)

(A) c. 1. §. fin. quæ fuit prim. caus. c. 1. §. item si fratrem quib. mod. feud. am. c. 1. an ille qui interf. frat. dom. casus tamen Vasallum excusabit l. 4. §. 1. l. 7. de sicar. l. 1. et 5. C. eod. D. Tho. Franz. c. 1. vers. item si fratrem quib. mod. feud. am.

d. §. fin

(B) d. §. fin. ubi glos. Laud. Alvar & alii quæ fuit prim. Curt. p. 4. n. 39. Rosenth. c. 10. concl. 65. Borcb. c. 8. n. 103. Vult. d. c. 11. n. 34. l. 1. ad quam se Dd. omnes remittunt de parric. & sufficit attentatum fuisse tam atrox & enorme crimen licet non perfectum. Dd. præ alleg. loc. d. l. 1. in fin.

(C) Dd. d. §. fin. Curt. d. n. 39. Rosent. d. concl. 65. Vult. d. n. 34. in fin.

(D) Bl. Land. Alv. & rel. in. c. 1. an. ille qui interf. frat. dom. Iacob. verb. dictiq. Vas. prom. n. 19. Rosenth. c. 10. conc. 69. Vult. d. n. 34. in fin. fac. l. si pœna. 20. de pœn. l. fin. ad l. Iul. maj. l. 3. 6. de publ. jud. l. 2. C. si reus vel accus. mort.

(E) c. 1. an. ille qui interf. frat. dom. nisi eum proditorie occiderit vel in odium domini. d. c. 1. ubi glos. et Dd. com. Iacob. d. loc. n. 16. Rosen. c. 10. concl. 63. Vult. d. n. 34.

#### XV.

Proditio etiam cujuscunq; justa censetur privationis causa. (A) Item causa quævis alia, ob quam vasallus honestè & sine dedecore in curia stare non possit, (B) ut si convasallum occidat, (C) si incestum, (D) si crimen læsæ Majest. tam Divinæ, quàm humanæ committat, (E) si nimium in subditos feudales læviat. (F)

(A) glos. & Dd. comm in §. similiter quib. mod. feud. am. c. 1. ubi. Dd. an ille qui interf. frat. Iacob. d. n. 16. Curt. p. 4. n. 43. Rosenth. c. 10. concl. 62. Vult. d. c. 11. n. 35.

(B) c. 1. ubi glos. & Laud. an ille qui interf. Rosenth. c. 10. concl. 35.

(C) Alvar. d. c. 1. an ille qui. Vvesemb. c. 15. n. 5. Iacob. verb. dictiq. vas. prom. n. 20. Rosenth. c. 10. concl. 65. arg. l. 6. §. si quis 6. l. verum. 63. pro soc.

(D) Bl. Alvar. Præpos. Raven. d. §. 1. quib. mod. feud. am. Iacob. d. loc. n. 35. Curt. p. 4. n. 40. Rosenth. c. 10. concl. 68. Vult. c. 11. n. 36. In adulterio & stupro idem statuendum renuit limitativa dispositio. c. 1. §. item si fid. quib. mod. feud. am. c. 1. §. rursus. quæ fuit prim. Vult. d. n. 36. Vers. quod ad adulterium.

(E) Afflict. in d. §. item si fidelis Moz. t. ex quib. caus. feud. am. n. 72. Vult. d. n. 36. Vers. sed nec de crimine.

(F) Bal. in §. publici latrones per tex. §. quicumq; de pac. tenen. Vvesem. c. 15. n. 5. Rosenth. c. 10. concl. 85. Vult. d. n. 36. in fin. Myns. 5. obs. 8. Gail. l. obs. 17. & lib. 1. de pac. publ. obs. 2. n. 22.

#### XVI.

Ob homicidium simplex quin vasallus feudo non privetur nemi  
ni du

ni dubium fore credimus, rejecta illa Dd. distinct. ut vasallus, ex homicidio criminaliter condemnatus feudum amittat, damnatus civiliter non amittat.

*text. expr. in c. 1. an. ille qui interf. frat. dom. Rosent. c. 10. conc. 66. Vult. d. n. 36. Vers. an. ob. homicidium.*

### XVII.

Culpa etiam ratione rei in dominum commissa Vasallum feudo exuit, ut est invasio castri sive loci ad dominum pertinentis. (A) Si Vasallus munitiones domini hostibus tradat, (B) sive ad eas occupandas illis ope consiliove adsit. (C)

(A) *§. similiter ubi glos. & Dd. quib. mod. feud. am. c. 1. §. porro que fuit prim. caus. Curt. p. 4. n. 32. Rosent. c. 10. concl. 25.*

(B) *c. 1. ibi de munitionibus de form. fid. cum. c. seq. Iacob. in verb. de castro. n. 22. Rosent. c. 10. concl. 52. Vult. c. 11. n. 38. in fin.*

(C) *d. capp. de form. fid. & Dd. praell. loc. l. 1. 3. 4. & pen. ad l. Iul. maj.*

### XVIII.

Si vasallus feudum sine consensu Dom. sciens alienaverit (A) jure suo cadit; & quidem toto, toto feudo alienato; parte, alienata feudi parte; (B) possessionem utiq; translata esse oportet vel revera, (C) vel fictione saltem. (D) Clausulas verò has conditionales in traditione adjectas; si domino directo placuerit; vel, si dominus consenserit, nec aliter nec alio modo; vasallum a privatione servare incolumem verior quorundam est sententia, (E) idem non operabitur illa claus. salvo jure domini. (F)

(A) *c. 1. §. praeterea. de leg. Corr. c. 1. de prob. feud. al. per Loth. c. 1. §. callidis de prob. feud. al. per Frid.*

(B) *glos. in d. §. callidis. tex. in c. 1. de Vas. qui cont. const. Loth. Zas. p. 10. n. 1. Clar. in §. feudum q. 35. n. 7. Rosent. c. 9. concl. 2. Vult. c. 11. n. 40. D. Th. Franz. c. 1. §. aut si libellario quib. mod. am. nec agnoscimus opin. Bal. qui putat parte alienata, toto feudo Vasallum privandum esse; nec illam Dd. distinctionem, qua volunt parte alienata tum demum toto feudo Vasallum cadere, si in alienatione subticuerit rem esse feudalem, parte autem tantum, si expresse dixerit, rem feudalem esse. alleg. glos. & d. c. 1. Rosent. & Vult. d. loc.*

(C) *Dd. in c. 1. quid jur. si post al. fact. Rosent. c. 9. concl. 96. ubi plures alleg. Vult. c. 11. n. 42. per l. alienatum. 67. de V. S.*

(D) *Iacob. verb. & cum pat. de non al. n. 6. Curt. p. 4. n. 11. Rosent. d. concl. 96. Vult. d. n. 42. per l. quod meo. 18. ubi Ias. & Dd. de acq. poss.*

pos. & l. certe, 6. §. is qui. 2. de precar. D. Th. Franz. c. 11 §. aut si  
libellario. ferè in fin. quib. mod. feud. am.

(E) Rosenth. c. 9. concl. 98. Vult. d. c. 11. n. 44. D. Franz. d. §. aut si libellario.

(E) Iacob. d. loc. n. 25. Rosent. c. 9. concl. 100. Vult. d. n. 44.

### XIX.

Ob deteriorationem feudi, non quidem modicam, sed notabilem, & perpetuam feudo jacturam afferentem, doloque vel culpa vasalli adscitam, beneficio suo vasallus spoliatur.

c. 1. quicumq. ubi. Dd. com. de pac. ten. Iacob. verb. dictiq. Vas. prom. n. 36. Curt. p. 4. n. 44. Rosenthal. c. 10. conc. 84. Vult. c. 11. n. 39.

### XX.

Hæ sunt causæ commissionis in jure feud. expressæ, sequuntur jam Omissionis. Vnde perdit vasallus feudum, vbi rescivit aliquem contra dominum suum, assaltum, mortem, captionem, aut patrimonij grandem jacturam facere molientem, & quam citius potuerit, de eo dominum certiore reddere omiserit: (A) in tantum ut etiam ob moram negligentia contractam feudi caducitatem sentire debeat. (B)

(A) c. 1. ibi, & si scivero. de nov. for. fid. c. 1. §. præterea. ubi glos. quæ fuit. prim. caus. c. 1. §. ad hæc in fin. hic fin. lex: si renunciare quidem non potuerit, at impedimentum præstare valeat, ad hoc præstandum obligatus est, quo si supersederit, privationis penam non evitabit, glos. d. §. præterea. et d. §. ad hæc in fin. Rosenth. c. 10. concl. 50. Curt. p. 4. n. 59. Vult. c. 11. n. 47. l. item queritur. 13. §. exercitu. locat.

(B) d. §. præterea. Rosent. & Vult. d. loc.

### XXI.

Indignum beneficio suo se vasallus reddit, vbi dominum injustè carceri inclusum, vel aliter detentum, cum potuit, non liberavit; (A) æs alienum sanè pro domino solvere non est astrictus. (B). Similiter feudum in commissum cadere volunt, si in annuo canone termino convento solvendo cessaverit vasallus, aut si de termino nihil convenit, annum canon non solvens ultra triennium steterit. (C)

(A) c. 1. §. item si delator ubi Dd. quæ fuit prim. c. 1. §. fin. de alien. feud. pat. Borch. c. 2. n. 113. Iacob. verb. dictiq. Vas. prom. n. 37. Curt. p. 4. n. 75. Rosent. c. 10. concl. 51.

(B) c. 1. §. licet. ubi glos. & Dd. si de feud. def. Curt. d. n. 75. Rosenth. d. concl. 51. & c. 8. concl. 52. Vult. c. 11. n. 48. nisi ex facto & causa Vasalli æs alienum esset contractum Curt. p. 4. n. 9. Rosenth. d. concl. 52. arg. l. decurionibus 2. de decur. B 3 c. 1.

(C) c. 1. §. sed non est. ubi Bald. quæ fuit prim. Idem in c. quæ in Eccles.  
de constit. Innoc. in c. ad apost. de re judic. in 6. Curt. p. 4. n. 79. tas in  
prat. feud. n. 63. Vult. c. 11. n. 49. Et hæc sentent. de jure verior est, con-  
trariam magis æquam & communem dicunt alij Vid. Rosenth. c. 10. con-  
cl. 19.

## XXII.

Vasallus mortuo domino ab herede domini, vel hæres vasalli,  
Vasallo mortuo, à domino infra legitimū tempus non petens investitu-  
ram, feudo cadit, (A) nisi justas impedimenti causas docere possit, (B)  
quibus cessantibus etiam si moram celeri satisfactione purgare velit,  
nihilo magis erit admittendus: (C) contrarium tamen ex æquitate  
communi Dd. sententia prævaluit. (D) modò purgatio moræ fiat an-  
tequam dominus caducum feudum declaret. (E)

(A) c. 1. quo temp. mil. c. 1. in. pr. quæ fuit prim. caus. c. 1. §. vlt. de  
prob. feud. al. per Loth. c. 1. §. præterea si quis. de prob. feud. al. per  
Frid.

(B) d. c. 1. quo tem. mil. d. §. fin. de prob. feud. al. per Loth. c. 5. §. si mi-  
nori si de feud. def. d. §. præterea si quis. Curt. p. 4. n. 47. Rosenth. c. 6.  
concl. 69. vbi plurimos allegat. Vult. d. c. 11. n. 23. Idem lib. 1. c. 7. n. 72.

(C) d. c. 1. vbi. Bal. quo temp. mil. Curt. p. 4. n. 50. vbi. fundamenta &  
rationes affert.

(D) arg. c. potuit de locat c. 1. vbi Affl. & Laud. quæ fuit prim. Rosent.  
c. 6. concl. 107.

(E) Rosenth. d. concl. 107. vbi. Dd. allegat Vult. d. c. 11. n. 23. in fin.

## XXIII.

Et in his omnibus feudi amittendi causis dolum vel culpam in-  
tervenire oportet, (A) ignorantia, non autem supina & crassa, veni-  
am merente, (B) Si quid vi metuve, (C) aut furore durante (D) vel vo-  
luntate & culpa domini commissum sit, (E) vel demum dolo etiam  
admissum, a domino remissum sit, (F) ad privationem feudi procedi  
non potest.

(A) c. 5. §. fin. de prob. feud. al. per Loth. Curt. p. 4. n. 76. Vves. c. 15.  
n. 8. Vult. c. 11. n. 53. arg. l. 50. §. 2. l. 53. in pr. de furt. l. fraudis. 80.  
de R. I.

(B) c. 5. §. si Vasal. feud. ignor. cum seq. si de feud. def. Vult. d. n. 53.  
& t. t. ff. & C. de jur. & fact. ign.

(C) glos.



(C) glos. in c. 1. §. similiter. Verb. privabitur de consuet. rect. feud.  
& in c. 5. §. porro & §. item si delator qua fuit prim. caus. t. t. ff. C.  
& ex. quod met. caus. Ros. c. 10. concl. 94. Vult. d. n. 53.

(D) l. Divus de offic. præs. l. pen §. vlt. de parric. Rosent c. 10.  
concl. 69.

(E) l. si operas. de dol. exc. l. nemo 145. l. quod quis. 203. d. R. I.  
c. damnum c. scienti. eod. in 6. Rosent. c. 10. concl. 94. Vult. d. n. 53.

(F) glos. in c. 1. §. item si fidel. quib. mod. feud. am. l. omnimodo  
C. de in off. testam. l. fin. C. de revoc. don. Rosent. c. 10. concl. 92. cum 3.  
seqq. Vult. c. 11. n. 61. cum seq.

### XXIII.

Hæc in Vasallo ita obtinent; Ceterum cum nulla inter dom. &  
vasallum fraus, dolus nullus, nullum malum debeat intervenire, inge-  
nium, atq; adeo in his vices fideli suo reddere dominus astringatur:

(A) optimè constitutum est, ut iisdem ex causis, ex quibus vasallus  
feudum amittit, proprietate dominus privetur. (B)

(A) c. 1. §. fin. de prob. feud. alien per Loth. c. 1. in fin. vbi glos. de  
form. fid.

(B) c. 1. qualit. dom. propr. priv. c. 1. §. domino si de feud. def. d. c. 1.  
in fin. vbi glos. & Dd. de for. fidel. Rosent. c. 11. concl. 18. Vult. c. 11.  
n. 52.

### Coronidis Loco.

An causas exhæredationis, in Nov. 115. c. 3. matri-  
monij dissolvendi, in l. 3. C. de repud. & revocandæ do-  
nationis in l. 1. & vlt. C. de revoca. don. enumeratas, ju-  
stas etiam feudi amittendi causas esse statuerit Obertus, in-  
ter se acerrimè disceptant Interpp. Nos affirmativam reti-  
nemus.





155054


AB 155054

ULB Halle 3  
004 829 352




VD 17





155





1m

COLLEGII FEVDALIS  
DISPUTATIO *ultima*  
CAVSIS FEVDI  
AMITTENDI.

*Quam*

D. F. G.

PRÆSIDIO CLARISS: ET  
TISS: VIRI, DN: THOMÆ FRANZII,  
*Feudalis juris in illustri Academia  
Vitebergensi Professoris publici,  
defendere conabitur*

NICOLAUS Bährwaldt BRUNSUI-  
censis.

*Ad 23. Decembr.*



WITEBERGÆ,  
*is M. Georgij Mulleri, Anno 1596.*